Opusculum de controversia conceptionis
B.mae virginis nunc denuo Romae exorta continens
dubia tria iussu R.mi P. Generalis Magistri ordinis
Praedicatorum a fratre Petro Joanne Saragosa
de Heredia Magistro eiusdem instituti
conscriptum

Defensores negativae partis apud S.mum instant, ut decreti
Pauli V. extendat, etiam ad hoc quod sententia affirma
privatim asseri non possit, et a breviario et missali fratru
dicatorum sanctificationis nomen expungat. Resistunt hi e
pro communi Ecclesiae bono et pace causam conceptionis
sede Ap.lica esse diffiniendam contendunt, et a Sanctiss.mo
summis votis expostulant.

Dubium primum.

An decretum Pauli V. in congreg.ne S. officij editum et p
die 12 septembris 1617 (quo statuitur ut nullus in publi
concionibus, lectionibus, conclusionibus, et alijs quibuscumque
publicis asserere audeat quod B.ma Virgo fuerit con
cum peccato originali quousque articulus huiusmodi a S. Se
Ap.lica fuerit diffinitus, vel per eandem sedem Ap.cam fuerit a
ordinatum) possit vel debeat extendi ut neque etiam quis in a
privatis eandem affirmativam sententiam proferre pos
Ratio dubitandi est, quia si praedicta decreti extensio
tollerentur ab Ecclesia Dei scandala, contentiones, et rixa
plurima ex privata assertione affirmativae sententiae or
defensores partis negativae videntes affirmativam part
omnino sepultam, ac sub latebris silentij delitescentem,
neque publice, neque privatim comparere posse tandem conqui
et sic in Ecclesia Dei pax inter omnes suboriretur maxim
Nihilominus in responsione dubij sit conclusio: Praedic
decreti extensio stantibus constitutionibus Ap.licis Sixti 4.
Pauli V. et eiusdem praefato decreto fieri non potest n
Probatur haec conclusio septem efficacissimis rationibus, q
q

quælibet illam decreti extensionem sufficienter satis, imo vero funditus euertit et labefactat.

Ratio. Prædicta decreti extensio potius dicenda esset ipsius destructio, quam extensio, esset enim omnino contraria, imo etiam destructiua decreti præfati Pauli V. siquidem in eo decernit Sum. Pontifex liberum esse tenere et priuatim asserere præfatam sententiam affirmatiuam sic dicens. Insuper voluit et expresse mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum in aliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ, et illesæ maneant, et exacte obseruentur perinde ac si præsens decretum non emanasset. At vero statim in initio decreti ait, quod in constitutionibus Sixti 4. Pij V. et aliis super conceptione B. Virginis, additis ac innouatis libera relinquitur vnicuique facultas tenendi et asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali. Ergo cum decretum Pauli dumtaxat inhibeat affirmatiuam partem in actibus publicis asserere, et in aliis omnibus actibus velit, et præcipiat constitutiones prædictas obseruari, consequenter vult et præcipit liberum esse vnicuique in actibus priuatis eandem affirmatiuam sententiam tenere, et asserere, atque adeo prædicta decreti extensio tanquam decreto expresse contraria ipsum penitus demolitur, atque destruit, et decreti destructio dicenda potius esset.

ratio. Prædicta decreti extensio derogaret constitutioni Sixti 4 a Concilio Trident. sess. 5. decreto de peccato originali innouatæ, et etiam aliis duabus Pij V. et Pauli V. a S. Sede Apostolica innouatis, nam in eis (ut dictum est) libera vnicuique relinquitur facultas tenendi et etiam asserendi partem, scilicet, negatiuam et affirmatiuam. Cæterum si per decretum Pauli V. affirmatiua pars in actibus publicis proferri iam non possit, per extensionem decreti prædictam neque in actibus priuatis asseri valeret in nullo casu vel actu asseri vel pronuntiari posset. atque adeo non esset vnicuique liberum prædictam affirmatiuam partem asserere, vt diffiniunt prædictæ Apostolicæ constitutiones.

tio. Prædicta decreti extensio tandem reprobaret sententiam affirmatiuam, et ei præiudicium maximum inferret, quod expresse aduersatur decreto

[BIBLIOT]ECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Decreto præfato Pauli V. in quo sic habetur:
Per huiusmodi tamen provisionem Sanctitas sua non intendit repro[bare] alteram opinionem, nec ei ullum prorsus præiudicium inferre, e[t] relinquit eas in eodem statu et terminis in quibus [re]periuntur, præterquam quoad supra disposita.
Attamen maxima esset sententiæ affirmativæ reprobatio, si iam publice per Decretum Pauli V. nunc demum privatim pe[r] Decreti extensionem proferri nequiret, sed in perpetuis silenti[j] tenebris delitesceret indigna, quæ ante cuiusquam conspectum parere, et hominum labijs circumferri posset. Ex quo illud no[t] eidem infertur præiudicium, ut eius probabilitas a S. Sede Ap[ostolica] stabilita penitus extingueretur, aboleretur, et auferretur. Nam c[um] probabile sit, quod videtur omnibus aut pluribus aut unicuiq[ue] expert[o in] sua arte, si nullius hominis de ipsa sensus, vel iudicium privatim [...] propter prædictam Decreti extensionem proferri, publicari, vel sciri [...] profecto tota sententiæ affirmativæ probabilitas, quæ in doct[orum] hominum assensu apud alios cognito consistit, aut evanesceret, [aut] penitus periret.
4.ª ratio. Prædicta Decreti extensio maximam iniuriam irrogaret [...] Patribus, ex Græcis quidem Ireneo, Athanasio, Nazianzeno, Chrisost[omo], Cirillo, ac Damasceno; ex latinis vero Hilario, Ambrosio, Hieron[ymo], Augustino, Prospero, Fulgentio, Ildephonso, Gregorio magno, Leon[e] atq[ue] Zosimo Papæ, ac deniq[ue] Remigio, maximo, Anselmo, B. Grau[?] Thoma Aquinati, Vincentio ferrer, Antonio Archiepiscopo Florentino, Antonio de Padua, Bonaventura, Bernardino, Venerabili Beda, alijsq[ue] non paucis, qui expressis verbis affirmativam sententiam pluries in suis operibus tradiderunt: Dum propter prædictam Decreti extensionem Sanctorum PP. clarissima verba, quibus [...] sententiam profitentur, minime cuiquam saltem privatim [...] legere, vel communicare liceret: Quod quantum Sanctorum [PP.] verissimæ doctrinæ derogaret, quantumq[ue] ipsorum honori, et clarissimis meritis detrahat, imo vero, quantum ipsimet Ec[clesiæ] catholicæ suisq[ue] filijs inferat præiudicium, quantaq[ue] hæreticis
a[f]f[...]

afferat exultationem, nemo est, qui non iudicat. Sanctorum Patrum
auctoritas hoc facto dispectui haberetur, et vilipenderetur Ecclesia
catholica, quae testimoniis ex sanctis Patribus praesertim desumptis
ad dogmata fidei diffinienda, et ad oppugnandos Haereticos vtitur. Eneruata
SS. PP. auct.te, singulari praesidio, quo fere haec omnia peragenda fulcitur,
non sine magna ipsius ruina priuaretur, atque careret, catholici
vero praecipuis armis, eisdemque fortissimis, quae ad extirpandas haereses
et conuincendos haereticos vsurpare solent, essent penitus destituti.
Verum enimuero haereticis et nouatoribus nostri temporis id esset
quam gratissimum, et iucundissimum aduersus sanctos Patres ~~eius~~ eis
cederet triumphum, nam cum ipsi aegre semper tulerint tantum
a Sede Ap.lica et a sacris Concilijs honorem Sanctorum Patrum
doctrinae fuisse delatum, mirum in modum exultarent, laetarentur,
et triumpharent, si doctrinam ipsorum ~~praeter~~ per praedictam Decreti
extensionem, obscurari, contemni, et silentij perpetui tenebris inuolui
a conspicerent.
..atio. Praedicta Decreti extensio praesertim derogaret Doctoris
Angelici S. Thomae doctrinae a grauissimis auctoribus et ab vni=
uersitatibus totius Christianitatis potissimum vero a Parisiensi, et
ab Epo et Capitulo Ecclesiae Parisien. in patentibus litteris, sub Dat.
apud Gentiliacum anno 1324 die Jouis ante sacros cineres approbatae,
in quibus vniuersitas, Epus, et Capitulum attestantur B. Thomam
vniuersalis Ecclesiae lumen praefulgidum, gemmam radiantem clericorum,
florem Doctorum, vniuersitatis Parisien. speculum clarissimum, et
insignis vitae claritate, famae, et doctrinae, velut stellam splendidam
et matutinam refulgentem per Dei gratiam, nihil vnquam sensisse
docuisse seu scripsisse, quod sanae fidei, vel bonis moribus aduersetur.
Sed et Vrbanus V. in Bulla quae incipit laudabilis Deus etc. ad vniuersitatem
Tollosanam directam post laudatam sancti Thomae doctrinam subiungit.
Volumus autem et tenore praesentium vobis iniungimus vt dicti B. Thomae
doctrinam tanquam veridicam et catholicam sectemini eamque studeatis
totis viribus ampliare. Et Innocentius VI. in Sermone, Ecce plusquam Salomon hic
sic ait.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

sti ait: Huius doctoris sapientia prae caeteris excepta canonica
proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiar
ita quod qui eam tenuit, nunquam inventus est a veritatis tram
deviasse, et qui eam impugnavit, semper fuit de veritate suspe
Et denique omissis alijs summis Pontificibus, Clemens viij in constituti
quae incipit; In quo nos die 22 Novembris 1603 sanctum Thomam
appellat divinae voluntatis angelicum interpretem. Et in ali
constitutione quae incipit Sicut Angeli ait: Doctrinae sanct
Thomae testis est ingens librorum numerus, quos ille brevissimo t
pore in omni disciplinarum genere singulari ordine, ac mira pe
spicuitate sine ullo prorsus errore conscripsit. Nec mirum, q
tot encomijs Angelici Doctoris doctrinam sancti Pontifices extu
cum ab Aplis Petro et Paulo, et a Deipara semper Virgin
Maria, teste Julio 3°, atque a Dei filio sub imagine crucifixi
vivae vocis oraculo comprobata sit, ut testantur Pius V in bu
quae incipit mirabilis Deus, de celebratione festivitatis sancti
et Clemens viij in utraque citata constitutione.

Quia omnes suas propositiones Ecclesiae decretis et consuetudini ... subijecit sic non potuit errare nisi materialiter.

Ex quibus colligi potest, quantae temeritatis, et maledicenti
insimulari debeant qui S. Thomam in fide errasse dicere, et scripto
tradere non sunt veriti; eo quod constitutionibus Aplicis
statuitur probabile esse B. Virginem in peccato originali
non fuisse conceptam, et tamen S. Thomas 1.2.q.81. art.3. ad
dixit, quod secundum fidem catholicam firmiter est tenen
quod omnes homines praeter solum Christum, ex Adam deriv
peccatum originale ex Adam contrahunt, alioquin non om
indigerent redemptione quae est per Christum, quod est err
Hinc colligerunt dictum S. Thomae erroneum esse in fide
constitutionibus Aplicis adversatur. Caeterum nescierunt
intellexerunt et in tenebris ambulant non percipientes
Thomae dictum esse etiam Pauli Apli, et secundum le
ordinariam et communem esse intelligendum, quemad
& dic

errasse eundicant materialiter, quod ... pudendum non esse ... Dominicani in Manuali fatentur.

Imo S. Thomas sub regula illa et lege ordinaria comprehendit B. Virginem, quod patet ex addita illa ratione, qua nititur ut B. Virginem alibi sub lege comprehendi protec quam rationem neque S. Paulus addit, neque ad D. Virginem adhibet. Itaque longe dispar est Pauli et Thomae ratio. Nihil tamen derogat authoritati D. Thomae, quod aliquid dicatur scripsisse in fide erroneum, quia constitutiones Apostolicae nondum e Alioquin ipsi etiam Dominicani ei derogarent, cum alias eius sententias reijciunt, quas post illum Ecclesia reprobavit.

et dictum Pauli, omnes in Adam peccaverunt, et omnes nascimur filij irae.
Et quod hic fuerit S. Thomae sensus ex eo euidenter constare potest, quia
3. p. q. 27 artic. 1. et 2. de peccato originali B.mae Virginis ex professo
tractauit, et sententiam affirmatiuam absq qualificatione defendens
alteram negatiuam neq haereticos, neq erroris damnauit. Vnde postea
utramq probabilem esse constitutiones Apostolicae diffinierunt.
Quare sicut dictum Apostoli, quia secundum legem ordinariam est
intelligendum, absolute prolatum est de fide, et blasphemè qui diceret,
quod Aplus in illo errauit in fide; meritoq propterea esset tanquam
haereticus puniendus. Sic et isti qui propter eandem cum Apostolo
sententiam in fide S. Thomam errasse publicarint, tanquam blasphemi
S. Thomae calumniantes, et praedictarum Pontificium constitutionum
contemptores et conculcatores seuere essent obiurgandi, puniendi,
ac repellendi.
Hic autem praeclarissimus Ecclesiae Doctor, quamuis B.mae Virginis
deuotissimus esset, ne Christi dignitati, qua vniuersali omnium Redemptor
et Saluator ab Aplo denuntiatur, derogaret, tandem gloriosam
Reginam peccato originali obnoxiam arbitratus est. Si enim ab eodem
immunis fuisset, non indiguisset redemptione, et Xpus redemptor
omnium nequaquam dici potuisset. Si autem redemptione Christi
indiguit a peccato originali fuit a Christo liberata, hoc autem
valde probabiliter colligitur ex fidei diffinitione Zosimi Papae
allata a S. Augustino Epist. 157. ad optatum quia sic dif=
finiuit Sum. Pontifex. Nullus, nisi qui peccati seruus est liber
efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum
fuit ante captiuus, sicut scriptum est, si vos filius liberauit
vere liberi eritis. Vnde iuxta hanc affirmatiuam sententiam, si
quis ab vniuersali redemptionis Christi dominio B.mam Virginem
quae creaturas omnes meritis longe antecellit exemptam esse
assereret, dignitati Christi valde praeiudicaret, et ab eius redemptionis
corona ditissimum monile pro pretiosiorem omnibus alijs gemmam
subtraheret quemadmodum si quis a temporali Papae dominio
vrbem, quae eius amplissima sedes est, et inter alias dominij partes

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

præcipuum habet locum eximendam, et subtrahendam eme dicere
maiestati et temporali eius dignitati notabile inferret praeiudi
quod quam ægre tulisset Sum. Pontifex non est qui iubet et
his omnibus plane infertur hanc S. Thomæ doctrinam tam mu
pliciter commendatam saltem priuatim edocendam, et alter e
esse, nam alias vana, superuacanea, atque inutilia essent eius en
et laudes, si nec publice propter decretum, nec priuatim
propter prædictam decreti extensionem de ea sermo haberi
posset.

6^a ratio. Prædicta decreti extensio esset parare et mittere laqueum
discipulis S. Thomæ, quo eorum animæ caperentur, et dæmonis
obsequio miserrime subijcerentur, siquidem tyrones qui hanc S.
Thomæ sententiam legunt, et discunt, vt eam plenius, et per
fectius intelligant, innato sciendi desiderio, quo omnis homo na
raliter scire desiderat doctores consulere compellerentur. Il
vero huiusmodi docendi occasionem nacti, tanquam imbres a quib
aqua naturali subcursu profluunt, eloquia sapientiæ su
emittere, et ignorantes discipulos instituere nisi vim sibi maxi
inferrent non praetermitterent: conceptum enim sermonem
continere quis poterit? Alij autem in doctrina S. Thom
magis versati argumenta, et difficultates (quæ in hac m
teria sunt plurima et intricata) facile cum Magistri
et uiris doctissimis propter sciendi naturalem cupiditat
tractabunt. Quæ enim mortalia pectora non cogit sacr
et naturalis sciendi fames? at vero a S. Sede Ap(osto)lica, ta
ab omnium matre maxime cauendum est, ne filijs suis m
struatur, et paretur laqueus, quo fere omnes illaqueant
et in æternum miserrime pereant.

7^a et vltima ratio. Prædicta decreti extensio si fieret esse
postmodum valde nociua diffinitioni fidei a S. Sede Ap(osto)li
in hac materia fiendæ. Siquidem ea sententia in hac cau
a Sede Ap(osto)l^ca erit potius diffinienda, quæ magis pietati f
est con

rebt consona et quia magis Sanctorum auctoritati concordat. Ea autem est (inquit S. Bonauentura in 3 sent. d. 3. q. 2.) affirmatiua sententia quam vt probet alteram securiorem esse tradit, et pietati fidei, et Sanctorum auctoritati magis esse conformem. Primum sub his verbis confirmat. Etsi mater dei habenda sit in reuerentia, et magna circa ipsam habenda sit deuotio, multo maior est habenda erga filium, ex quo est ei omnis honor et gloria. Et ideo quia hoc spectat ad excellentem dignitatem Christi, quod ipse sit omnium saluator et redemptor et quod ipse omnibus aperuit paradisi januam, et quod ipse pro omnibus mortuus est nullatenus ab hac generalitate B. Virgo Maria excludenda est. Nam cum matris excellentia ampliatur filij gratia minuitur. et sic mater offenditur, quae magis vult filium extolli quam seipsam, vtpote creatorem quam creaturam. 2.m autem quod affirmatiua sententia auctoritati Sanctorum magis concordet probat; Quia communiter Sancti cum de materia ista loquuntur, solum Christum excipiunt ab ista generalitate, qua dicitur omnes peccauerunt in Adam Nullus autem inuenitur dixisse de his quos audiuimus auribus nris Virginem Mariam a peccato originali fuisse immunem. Haec S. Bonauentura quibus verbis satis apertè testatur S. Ecclia Doctor nullum vsq ad sua tempora patrem extitisse, qui sententiam negatiuam tenuisset, sed neq post eius tempora extitit. In cuius rei confirmationem fertur a nonnullis viris fide=dignis eisdemq grauissimis, atq doctissimis, qui examini huius causa coram Smo. Dno nro Paulo V. (post publicationem praediti decreti) ad instantiam Epi Carthaginen oratoris Regis catholici facto inter=fuerunt, fuisse coram Sanctitate sua liquido ostensum nullum ex Sanctis Patribus neq etiam ex adductis a negatiua sententia defensoribus eam vere, et realiter tenuisse. atq ideo decreti facti paenituit Sum. Pontificem de hac veritate et de tota causa plene, ac perfecte informatum, et Catholico Regi pro

BIBLIOTECA DE GRANADA

diffinitione partis negatiuæ vehementius instanti scripsisse ve
huiusmodi instantia abstineret quia si diffinitionis opus ipse ass
sisset, affirmatiuam sententiam iuxta sanctorum PP. sensum
fide stabilire, atq diffinire debuisset.

\# Hinc satis aperte constat quanti æstimanda sit hæc affir
tiua sententia, et quod conculcanda non sit, neq ab ore h
profliganda tum quia negatiuæ partis assertores, si illa
fide diffiniretur contemplantes fuisse ante despectui habitam
contemptam difficulter eam amplecterentur, imo et suæ mo
adhærere contenderent falso de Sede Ap.lica conquerentes, q
causam non vt ipsius merita exigebant considerasset: tum e
quia postquam sententia affirmatiua fuisset diffinita, iust
querelam haberet, quod a Sede Ap.lica male trattata et
fuisset, et quæ libera est tanquam ancilla foras fuisset eie
+ Libera cum ipsa sit perpetuis temporibus in domo Ecclesiæ
sanctis PP. luce cælitus infusa applaudentibus, et com
probantibus enutrita, et exaltata. Deus autem Abrahæ o
sedanda iurgia domi suæ orta, non liberam, sed ancillam
eijci præcepit dicens; eijce ancillam et filium eius. Ancilla
est sententia negatiua, quæ clam furtiue in domum Eccle
cæpit introduci, filius eius acerrimi defensores. hos a se e
et propulsari de contentiones, et rixas in domo Ecclesiæ exc
sedandas sibi a Deo dictum putet summus ecclesiæ Ponti
et pater omnium.

Ad rationem dubitandi respondetur ex his quæ S. Thomas tra
2. 2. q. 43. art. 7. vbi ait. Quod bona spiritualia quæ sunt
necessitate salutis, non sunt prætermittenda propter scan
passiua vitanda. Si autem non sunt de necessitate salutis
aut scandala passiua procedunt ex materia, cum scilicet
aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona scand
concitando, tunc non sunt dimittenda spiritualia bona p

contemn

contemnenda sunt scandala, tale fuit scandalum Phariseorum qui de doctrina Xpti scandalizabantur quod iste contemnendam omnis docet Math. 15. Aut scandala pattiua procedunt ex infirmitate et malitia qualia sunt scandala pusillorum, et tunc spiritualia bona vel occultantur, vel interdum sunt differenda, vbi periculum non imminet, quousq reddita ratione huiusmodi scandala cessent. Quod si post redditam rationem huiusmodi scandala durent, iam videntur ex malitia procedere, et tunc non sunt propter ea, spiritualia opera dimittenda. Ad vitanda scandala in materia conceptionis Sixtus 4. constit.^nes Graue nimis. Pius V. Aliam super specula et Paulus V. Tertiam Regis pacifici ediderunt: quibus vtramq controuersiae partem tanquam probabilem et ab omnibus difendi posse statuentes omnem scandali rem praesciderunt. Quis enim scandalis pateri poterat aditus, cum eclia tot multiplicatis constitutionibus aperte doceat ex neutra sententia scandalum posse oriri, neutram vel minimum scandalum praebere! quamlibet tuto posse difendi. Verum quia Praedicatores vel assertores negatiuae sententiae imperiti iam contra summ. Pontificum constitutiones plebi qualis de fide proposuerunt vel exaggeratione tali, quod iam populus tanquam de fide apprahendit (iam enim de fide esse quidam Ossana in Hispania praedicauit, et Hispali alij et in suis praedicationibus alij affirmarunt) ipsi sunt qui scandalum in populo generarunt, imo ipsum ad inobedientiam constit.^num Aplicarum concitarunt, et millu artibus, minis, et terroribus commouerunt, vt negatiuam sententiam mordicus tenerent et affirmatiuam perpetuo odio haberent et inimanter insequerentur. Inter alias haec vna fuit vt puerum Jesum armatum et gladio accinctum depinxerint morte affirmatiuae sententiae asserentibus minantem sub his verbis: Quien dixere, que mi Madre en peccado fue concebida yo le quitare la vida. Quasi sententia affirmatiua contra ipsum esset, et non potius suae dignitati amplificandae

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

valde conduceret. Nam si negativa sententia pia in Virginem apparet, et
affirmativa pietati fidei et Xpi universali Redemptionis dignitati
est magis consona, ut iam supra fuit explicatum.
Quod si negativae sententiae defensores ut par erat in hac mate
iuxta Apostolica mandata praedicassent, nulla ratione populus de af
mativae sententiae praedicatione scandalum sumpsisset. Quamobr
Paulus V. existimans scandala ex assertione huius affirmativae
sententiae in publicis actibus in populo Xpiano exorta scanda
esse pusillorum, decretum praedictum edidit, quo prohibuit eam
publice doceri: tamen defensoribus huius sententiae liberam
reliquit facultatem eam privatim asserendi ut pusillis possi
de eius probabilitate reddere rationem: Quod et privatim p
domos quando se occasio offerebat fecerunt, ut modo negativae p
defensores allegant et attestantur. Et cum subiungant scand
huiusmodi post redditam rationem perdurare, atque propterea
praedictam decreti extensionem a S. Sede Ap.ca stabiliendam
esse procul dubio et ipsi fatentur scandala illa iam non
ex infirmitate, et ignorantia, sed ex malitia procedere, et
iam non scandala pusillorum, sed malignantium esse. Haec in
propria natura et conditio est scandali pusillorum, ut reddita
sufficienti ratione ut scandalum cesset, omnino cessare debet
quod si non cessat iam pusillorum scandalum non est, sed a
scandalum transit Pharisaeorum, quod iam non ignorantium et in
firmorum scandalum esse potest, sed malignantium.
Quod etiam ex duplici alio capite comprobari potest.
1.° Quia illud scandalum definit S. Thomas loco citato ex malitia
procedere, cum scilicet aliqui volunt impedire bona spiritu
alia, at omnes fere negativae partis defensores in hoc unu
contendunt et hoc unum conatum moliuntur, ut scandalis
ipsis ex industria concitatis sententiam affirmativam
impediant, labefactent, et funditus evertant.

2.° hoc et

Hoc etiam constat ex contumelijs, et iniurijs, quas frequentissime in ore versant negatiuæ sententiæ defensores, quibus ob imbibitam, et falso existimatam suam de fide sententiam, alterius sententiæ affirmatiuæ assertores appellant impios, et B.^ma^ Virginis inimicos, ac infamatores, et alia similia proferunt ore maledico, afficientes his etiam contumelijs, et opprobrijs Sanctos Patres, qui ita omnes senserunt asserere + immo etiam ipsam Ecclesiam impiam vocare, quæ sententiam affirmatiuam vt probabilem proposuit liberam facultatem tribuendo illam tenendi. Sed praedicti authores in his ipse se impios ostendunt Ecclesiæ rebelles, excommunicatos, suspensos, et irregulares. Omnes enim has poenas ipso facto incurrunt qui talia iactant contra expressa Apostolica mandata, cum ergo nunc scandala omnium fere defensorum negatiuæ partis ex malitia vt probatum est suboriatur denegandum est eis omnino a Sede Ap.^ca^ praedicta decreti extensio et nullo modo ab eadem est permittendum quod propter dicta scandala affirmatiua sententia occultari, vel priuatim asseri minime possit, quia (vt sapienter S. Thomas dixit) propter scandala ex malitia non sunt spiritualia bona occultanda vel dimittenda. Quin potius deberet Sum. Ecclesiæ Pontifex prohibitionem a Paulo V. in suo Decreto factam, quod publice affirmatiua sententia non assereretur propter scandala existimata pusillorum (cum experientia sit compertum iam scandala illa transisse in scandala malignantium et ex malitia post reddita sufficientem in[i]tationem procedere) secundum temporis exigentiam tollere, et annullare: atq. ad dispositionem constit.^num^ Sixti 4. Pij V. et Pauli V. omnia reducere, sic enim scandala praedicta penitus sopirentur, rumores, et rixæ cessarent, Doctrina S. Thomæ quæ, a Sede Apostolica totics fuit commendata a sua iniuria vindicaretur, Iustitia æqualitas inter vtriusq. partis defensores constitueretur, quæ deuotius B.^ma^ Virgo ab omnibus illi coleretur et perpetua pax atq. ~~concordia~~ tranquilitas, quæ in Ecclesia

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tot saeculis ante praedictum decretum viguit faeliciter redolit floreo.

Finis primi dubij

Dubium secundum.

An nomen Sanctificationis ex missali et breviario ordinis Praedicatorum pro festo B. M. Virginis quod 8.a Decembris ab Ecclesia celebratur expungi nunc debeat et loco eius nomen conceptionis supponi.

Ratio dubitandi est quia videtur expediens ordinem Praedicatorum Ecclesia Romana qua verbo conceptionis pro praedicta festivitate utitur esse in eo conformandum. Sed in responsione dubij sit conclusio. Nomen Sanctificationis est omnino retinendum et expediens valde et festo et Ecclesia Romana, et ordini Praedicatorum, quod eius missali, et breviario minime expungatur. Probatur conclusio quatuor efficacissimis rationibus.

1.a ratio. nomen Sanctificationis usitatissimum est in sacra scriptura et Xpus Joan. 10. illud sibi applicavit, dicens, Quem pater sanctificavit et misit in mundum. Et de Xpo Luc. 1. dixit Angelus B.ma Virgini et quod ex te nascetur Sanctum vocabitur filius Dei. Unde communiter dicunt Sancti Patres Xpum sanctificatum esse. Et Ecclesia nomen sanctificationis tribuit B. Virgini ex illo loco psal. 45 sanctificavit tabernaculum suum altissimus, quem S. Thomas affert et de eadem B.ma Virgine intelligit 3. p. q. 27 art. 2. in Sed contra cum ergo nomen sanctificationis communiter pro Xpo et pro matre usurpetur, non est cur apud ordinem Praedicatorum in usu esse non possit, et a suis libris deleri mereatur, praesertim pro antiquissimo festo ab ipso sub hoc nomine celebrato.

2.a ratio. Misterium quod in hoc festo ab Ecclesia celebratur, apertius distinctius, et clarius per sanctificationem quam per conceptionem explicatur, non ergo illud reijci, et eius loco ab ordine Praedicatorum admitti debet. Probatur assumptum. Ecclesia in hoc festo celebrat aliquam ex his duabus opinionibus, quia una ex a parte rei falsa est et utraque iuxta constitutiones Aplicas

pro

probabilis atq adeo incerta, dubia, et potest esse falsa, imo iuxta Artem multa falsa sunt probabiliora veris. Sed celebrat rem veram, certam et indubitatam quia est columna, et firmamentum veritatis, et nequit decipi, imo neq exponi periculo errandi. Res autem certa quae ab Ecclesia celebratur est sanctitas et puritas B.ma Virginis abstrahens ab hoc, quod haec illi contigerit per praeservationem, vel per emundationem a peccato. Et hoc modo sumpta sanctitas B.mae Virginis est res certissima et indubitata. Et quis non videat quod sanctitas aptius, distinctius et clarius per sanctificationem, quam per conceptionem exprimatur? Sanctificatio enim solum dicit actionem, qua quis sanctus efficitur omnino abstrahentem a modis, quibus sanctus fiat vel ex non sancto sanctus, vel ex peccatore sanctus, sicut substantia solum dicit id quod per se existit abstrahens a corporea et incorporea, atq propterea nomen sanctificationis ex sua propria et immediata significatione tantum importat sanctitatem abstrahentem a modis quibus illa fiat. Nomen autem Conceptionis ex suo proprio conceptu non significat sanctitatem ut de se clare patet. Quare sanctitas et puritas B.mae Virginis per sanctificationis nomen ex vi vocabuli distincte explicatur non autem per conceptionis vocem; atq adeo misterium quod ab Ecclesia in huiusmodi festo celebratur aptius, distinctius, et clarius fidelibus omnibus per sanctificationis, quam per conceptionis nomen aperitur.

Ad dices p.o vulgus existimat per sanctificationis nomen emundationem B.mae Virginis a peccato celebrari, non ergo per illud nomen apte misterium ab Ecclesia in hoc festo celebratum declaratur.

Resp.r tamen parum referre, quod vulgus imperitum hoc inepte sentiat, quia etiam falso existimat per nomen Purificationis significari, quod B.ma Virgo ab aliqua macula fuerit emundata, et nihilominus Ecclesia propter huiusmodi vulgi sensum ab illa festivitate non delevit Purificationis nomen, sed sub illo ipsam aptissime celebrari constituit. Est enim vulgi iudicium errore plenum, ut S. Augustinus ait lib. 1.o de Civit. Dei et ut Melchior Chanus Ep.us Canariensis lib. 3. de locis Theologicis c. 2. auctoritatem Porphyrij et aliorum sapienter asserentium inducens asserit divina

UNIVERSITARIA DE GRANADA

mistreria Deus non patitur in aures vulgi introire pollutas.
Quid enim populus est (teste Chrisost. hom. 2. in Joan.) nisi quidam tumultus perturbationis plenus, ex stultitia maiori ex parte constans, atque temere compositus ad instar fluctuum maris varia et pregnante sententia saepenumero iactatus? quare obrem contemnendum esse vulgus, nec sequendum, sed potius instruendum sapientes viri iuxta celebrem ... sententiam cap. docendus d. 62. semper sunt arbitrati, et in nostro casu instruendum esse, atque docendum nomine emundationis vel emundationem a se B.ma Virginis sanctitatem et puritatem fore intelligendam.
Dices 2°. Si misterium quod ab Ecclesia in hoc festo celebratur aptius et distinctius per sanctificationis, quam per conceptionis nomen exprimitur, cur Ecclesia Romana, quae Spiritu Sancto regitur hoc festum conceptionis nomine celebrari decrevit?
Respond. sapientissime ab Ecclesia Romana id factum esse ut certum diem designaret, quo B.mae Virgini caelestis gratia sanctitatis divinitus fuit infusa, et sicut alijs B.mae Virginis festivitatibus celebrandis semper Ecclesia diem certum praefixit, ut puta diem Annunciationis, Nativitatis, Purificationis, Visitationis, Assumptionis ita expediens iudicavit Ecclesia, ut festo huiusmodi diem certum nimirum conceptionis stabiliret. Duo enim sunt quae in hoc festo celebrantur, et beatiss.mae Virginis sanctitas et dies quo fuit impertita. Dies nomine conceptionis, sanctitas autem sanctificationis vocabulo aptissime demonstratur. Et ut haec duo simul in hoc festo ab Ecclesia celebrari omnibus fieret conspicuum Sixtus 4. qui in constitutione Cum praeexcelsa celebrationem praedicti festi sub nomine conceptionis fuit adeo... postea celebrantibus fratribus Praedicatoribus Romae capitulum generale et statuentibus praedictum festum nomine sanctificationis sub ritu duplici per totum ordinem esse celebrandum, statutum huiusmodi confirmavit operaepretium fuisse arbitratus summus Ecclesiae pastor ut quando dies huiusmodi celebritatis sub nomine concep-

conceptionis ab Ecclesia Rom. colitur, sanctitas B.ma Virginis sub nomine sanctificationis eodem die ordini prædicatorum relinquatur celebranda Unde non leve, imo vero gravissimum et huiusmodi festo et Ecclesiæ Rom. inferret præiudicium si quis festum prædictum ab ordine Prædicatorum sub nomine sanctificationis celebrandum prohiberet, tolleret enim ab Ecclesia ac a fidelium mentibus et memoria intelligentiam, et repræsentationem misterij quod in hoc festo ab omnibus modo sub illo nomine celebrari et coli dignoscitur: successu namque temporis huiusmodi intelligentia fidelibus tam necessaria, et B.mæ Virginis excellentiæ et dignitati tam consona sepulto sanctificationis nomine, quod illam omnibus quotannis repræsentabat et ob oculos ponebat perpetua oblivioni traderetur.

2a ratio. Ordo Prædicatorum ab hinc 340. annis ritum celebrandi hoc festum sub nomine sanctificationis retinet ex concessione sedis Ap.licæ circiam Sixti 4. post iam editam ab illo constitutionem cum præexcelsa, ut dictum est, et constat clare ex historijs authenticis ordinis, sed manifestius ex diplomatibus Ap.licis concessis in dies a diversis summis Pontificibus iuxta exigentiam impressionis librorum choralium ordinis initio Breviarij et missalis eiusdem ordinis usque ad præsentem diem per extensum impressis: Quibus summi Pontifices præcipiunt alumnis ordinis sub censuris et pœnis ut in divino officio teneantur servare dispositionem Breviarij et missalis, qua die 8. decembris expresse statuitur fieri officium et missam de B.ma Virgine sub nomine sanctificationis ~~quod semper in toto ordine fuit Aucte Ap.lica et R.morum Generalium ab omnibus observatum ut videre est~~.

Insuper in actis trium capitulorum generalium 1481. 1484. 1505. de scitu et concessione sedis Ap.licæ celebratorum invenitur statutum valde antiquum de celebrando huiusmodi festo sub nomine sanctificationis quod semper in toto ordine fuit auctte Apostolica, et R.morum Generalium ab omnibus observatum ut videri est in ultima editione Romana prædictorum librorum 1616 et 1619 ac in omnibus alijs præcedentibus, quod et in martyrologio ordinis Salamanticæ et Romæ postea impresso sub Generali Seraphino Cavalli et sub Generali Hieronymo Xavierre invenitur nomen conceptionis.

et non Sanctificationis, incuria Typographi factum esse constat,
quia in Kalendario breuiario et missali ordinis sub ijsdem Gene=
ralibus impressis quibus ordo in diuino officio vtitur, nomen Sancti=
ficationis et non conceptionis est exaratum. Et martirologia illa
statim ac in manus fratrum deueniebant in ipsis corrigebantur,
deleto nomine conceptionis et apposito nomine Sanctificationis.
Quare cum haec celebritas sub nomine sanctificationis tot Aplicis
constitutionibus ordinis Praedicatorum sit concessa approbata
et confirmata non absque sedis Aplicae contemptu, Sanctificationis
nomen a breuiario ordinis expungetur.

4a ratio. Deleri hisce temporibus breuiario ordinis sanctificationis
nomen ad instantiam negatiuae partis defensorum cederet in maximum
ordinis dedecus, infamiam, et ignominiam. Nam si contentio nulla
esset absque opprobrio potuisset idem ordo mutare sanctificationis
nomen vt nonnulli alij ordines fecerunt. At modo quando
fres Minores, et Patres Societatis Jesu, Sanctorum Patrum
ac praecipue Thomae et Bonauenturae affirmatiuam sententiam
funditus conantur euertere, et Praedicatorum ordinem prop-
ter eiusdem sententiae perpetuam assertionem, et Sanctorum Patrum
defensionem immani odio prosequuti sunt, et infinitis propemodum
laboribus et angustijs vexarunt, illis omnibus per Dei gratiam
viriliter iam superatis non patietur ordo hanc iniuriam sibi ab
illis irrogari, sed vsque ad sanguinis effusionem (si per conceptionem
sedis Aplicae ei liceat) resistet, ne dum nomen Sanctificationis
eorum opera expungitur de comparata victoria aduersarij glori-
antes populis et gentibus dolore huius concrepantibus dicant
de victore extitisse, et de ordine Praedicatorum victo, atque
de errore suae sententiae conuicto gloriose triumphasse. Quare
instanter, instantius, et instantissime apud sedem Aplicam ordo
Praedicatorum qui eandem eiusque catholicam fidem tot annis
saeculis profuso sanguine vitae dispendio, ac singulari
doctrina mira cum probitate coniuncta strenue tutatus
totis

totis viribus contendet ut non permittat Summus Ecclesiæ Pastor ordinem sibi fidissimum, et in omnibus obsequentissimum hac infamia apud populos affici, et eorum labijs lacerari. Nam alias ordo insignis Sanctitate et omni litterarum genere ornatissimus in honorem apud omnes semper habitus vertetur in opprobrium cunctis gentibus, et eius doctrina quæ tanquam fulgentissimum sydus totam Ecclesiam illuminavit huiusmodi ignominiæ tenebris obscuraretur, eiusque Prædicatio quæ Hæreticorum et aliorum peccatorum malleus semper fuit, ob hanc causam ab ipsis contempta, uberrimum quem hactenus protulit fructum deinceps minime referret, et qui Sedis Apostolicæ adversus omnes destructores acerrimus fuit propugnator, ab eisdem facile despicietur. Quamobrem S.mi D.ni nostri Ecclesiæque Romanæ partes esse videntur ordinis Prædicatorum, tanquam sapientis et obedientis Filij gloriam et honorem defendere eiusque causam tanquam propriam suscipere ignominiam ab adversarijs sollicite et præpropere procuratam iisdem a se depulsis omnino propulsare.

Ad rationem dubitandi respondetur in rebus quæ fidei sunt, necesse est ut Ecclesiæ Romanæ omnes aliæ eius partes tanquam suo capiti conformentur. Cæterum in alijs quæ ad fidem non spectant sed ad ceremonias, ritus et modos celebrandi Ecclesiæ pulchritudo exigit in membris varietatem, quippe cum in harum rerum diversitate Ecclesiæ venustas et decor mirabiliter appareat. De Ecclesia scriptum reliquit Regius Psaltes psal. 44. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Vestitus deauratus fide formata Ecclesiæ est, varietas autem diversitas aliarum cærimoniarum. Unde in Ecclesia antiquiores ordines distincto breviario et Missali a Romano usi sunt, et hactenus utuntur sicut et ordo Prædicatorum et Ecclesia Sancti Petri de Urbe in choro Psalterium Romanum legit, cum tamen tota Romana Ecclesia Psalterio secundum editionem 70. Interpretum in officio utatur. Et de illo Psalterio intellexit Sanctus Franciscus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI

Franciscus cum in reg.ª c. 3. praecepit quod clerici faciant
divinum officium secundum ordinem s. R. C. excepto Psalterio
imo etiam in capella S.mi D.ni nri celebrante solemniter
eodem S.mo subdiaconus praeter morem Ecclesiae Romanae absq.
stola defert sanctissimum Sacramentum et ipse S.mus manu
sinistra ipsum suscipit (sicut faciunt fratres Praedica=
tores) et per fistulam sanguinem Xpi sumit; Haec omnia
et alia his similia ad ceremoniarum et rituum varietatem
pertinentia non modo Ecclesiae Romanae splendorem ac
decorem non minuunt, quin potius augent, ornant, et mirabi=
liter illustrant. Quod autem ordo Praedicatorum antiquissimo
sanctificationis nomine dimisso conceptionis vocabulum
demum recipere non debeat quantamq. ex huiusmodi novitate
et festo et Ecclesiae Romanae et ipsimet ordini fiat iniuria
satis abunde superius fuit demonstratum)

Finis 2.i Dubij

Dubium Tertium.

An his temporibus expediat, quod S. Sedes Ap.lica
causam de B.ma Virginis conceptione pro Ecclesiae
pace et tranquillitate per fidei difinitionem
terminet atq. absoluat.

Ratio dubitandi est quia gravissimi Doctores sentiunt
hanc causam non esse diffinibilem ab Ecclesia, quia non
est res spectans ad fidem et ideo Ecclesia vtramq. partem
sub oppinione positam dereliquit. Nam si ad fidem

pertineret

pertineret vna ex partibus a parte ... esse Haeretica, et falsa, et non possit ab Ecclesia tanquam probabilis sustineri. Sed nihilominus in responsione dubij est prima conclusio. Expedit vt Sancta Sedes Ap.ca ad pacem Ecclesiae procurandam, et fouendam et ad veritatem in re dubia declarandam, causam de concept.ne de fide diffiniat. Probatur solutio duabus efficacissimis rationibus.

a ratio. omnia decreta Summ. Pontificum ad tollenda scandala contentiones, et rixas, et ad componendam pacem inter vtrinque partis huius de conceptione controuersiae defensores per modum prouisionis hactenus facta non fuerunt sufficientia, vt aduersarij sat pote negatiuae partis assertores testantur, ad supradicta omnia consequenda; vnicum ergo et efficacissimum remedium superest (quandoquidem alia a negatiuae partis defensoribus adinuenta non subsistunt) vt Sancta Sedes Apostolica sua diffinitione tanquam gladio ancipiti vtrinque partis defensorum calumnias praescindat et veritatem de fide tenendam omnibus patefaciat. hac enim vnius si Xpni fideles grato animo susciperint, amplectentur, et venerabuntur, et sub illius vmbra miro pacis foedere inito conquiescent.

2a ratio. Paulus V. praefatum decretum ad instantiam sententiae negatiuae defensorum edidit, quod sententia affirmatiua in publicis actibus asseri ad tollenda scandala, iurgia, et dissensiones prohibuit quousque articulus huiusmodi a Sede Apostolica erit diffinitus vel per Sanctitatem suam et Sedem Ap.licam fuerit aliter ordinatum: sed negatiuae sententiae assertores adhuc conquerantur per dictum decretum non fuisse plene a Sede Ap.lica prouisum, cum adhuc permaneant scandala, et rixae et haec cum ex malitia procedant nunquam

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

lessabunt eviamsi quod ipsi exoptant consequerentur, quousque causa per difinitionem fidei terminetur; ergo expedit vt S. Sedes Ap.lica, quod insinuauit in constitutionibus, et decretis Ap.licis tandem perficiat.

Quod ordo Praedicatorum humiliter, sed instantissime supplicat sua Sanctitati quatenus hoc sanctissimo et efficacissimo remedio paci et tranquillitati Ecclesiae Catholicae consulat.

2.a conclusio. Quando S. Sedes Ap.lica alijs grauissimis negotijs distenta hanc causam breui tempore absoluere per difinitionem fidei nequeat, et interim remedium aliquod praesentibus malis adhibere velit illud unum officiat vt vtriusque partis defensoribus, imo vero et omnibus fidelibus silentium super hac materia imponat. Probatur conclusio duplici ratione efficacissima.

1.a ratio sumitur ab exemplo, in hac eadem causa, quae apud Germaniam inter fratres Praedicatores, et Minores versabatur. Alexander VI viuae vocis suae oraculo ad instantiam Ill.morum Card.lium Oliuerij Epi Sabinen. ordinis Praedicatorum Protectoris et Georgij Albanen. ordinis Minorum protectoris die 20. Februarij anno 1502 vniuersis fratribus vtriusque praedicti ordinis in partibus Alemannia commorantibus praecepit, ut bullam Sixti 4. obseruarent, addens ut nullus sub censuris et poenis in dicta Bulla contentis, vel sub poena priuationis officij Praedicandi directe vel indirecte praedicare vel praedicari faceret vel quomodolibet alter sermonem ad populum haberet de conceptione B.mae Virginis Mariae volens silentium totaliter coram laicis de hac materia sub eisdem censuris obseruari. Oraculum autem incipit pro humana redemptione. Sub Datum Romae in aedibus residentiarum dictorum Cardinalium anno 1502 die vltima Martij

Martij Pontificatus Alexandri VI anno X. Joannes Bapta de mandato &c.
Laurentius Borchatius de mandato &c.

Quod ergo Alexander VI tunc fecit pro fratribus Praedicatoribus et Minoribus Alemanniae, faciat nunc S.mus D.nus nr indicens super hac materia sub eisdem censuris, non solum fratribus Praedicatoribus, et Minoribus, sed alijs omnibus fidelibus, ut nec publice nec privatim de ea sermonem instituant; sicut etiam fecit Pius 2. in illa controversia habita a fratribus Praedicatoribus, et Minoribus, An divinitas separata fuerit a sanguine Christi in cruce effuso. Nam quamvis fratres Praedicatores, qui partem negativam tuebantur coram S.mo adversarios convicissent et gloriosam de eis reportassent victoriam, sancta tamen Sedes Apostolica, ut fratrum Minorum ordinis de Ecclesia benemeriti honori prospiceret, non solum illis sed omnibus super hac controversia perpetuum imposuit silentium quo sanctissimo decreto sedata penitus fuit illa tempestas, et facta fuit in Ecclesia tranquillitas maxima. Quod etiam in hac altera de conceptione controversia modo contingeret, si fidelibus omnibus silentium et publice et privatim sub praedictis censuris indicatur.

Ratio. Nunquam haec pax et tranquilitas in Ecclesia expectari poterit si uni tantum parti silentium imponatur, et alteri libera loquendi et alterius partis defensores vexandi inquietandi et molestandi facultas relinquatur. Semper enim haec illam contentionibus et rixis, unde scandala oriuntur persequetur. oportet ergo ad tollenda scandala, omnesque dissensiones, iurgia, et controversias quod utraque pars silentio consepulta moriatur. Quod et eleganter ad aliud institutum ponderavit S. Greg. lib. 5. mora. c. 3. et lib. 18. c. 28. explicans locum Apostoli ad Galatas 6. Mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Non solum enim Ap.lus se mundo mortuum

sed etiam mundum ipsi mortuum esse videatur, quatenus mutuo alteri molestiam inferre possit. Nam si duo fortasse in uno loco sint, quorum unus vivus alter vero sit mortuus, et si mortuus viventem non videt, neq molestat, vivus tamen mortuum videt, ac iniurijs et molestijs vexare potest. Si ergo sententia de conceptione affirmativa silentij perpetui publici, et privati morti donetur, et negativa viva remaneat, ut pote quae loqui possit, haec illam opprobrijs, contumelijs, iniurijs, ex quibus scandala iurgia, et rixae suboriuntur, perpetuo molestabit, sicut et hactenus fecit, ut experientia compertum est, et partim dubio primo est insinuatum. Si autem utraq sententia a S. Sede Apostolica silentij publici, et privati morte sepeliatur neutra alteram molestia afficiet, et vicissim in tota Ecclesia tranquillitas, et desiderata tam diu pax omnino consurget et omnibus conspicua feliciter apparebit.

Ad rationem dubitandi Respondeo causam hanc esse diffinibilem ab Ecclesia, tum quia ita insinuant Summi Pontifices suis constitutionibus et decretis Apostolicis, dicunt enim quousq id sit a S. Sede Apostolica decisum seu diffinitum, tum etiam quia si causa conceptionis, quoad alios omnes homines spectat ad fidem, et est diffinibilis ab Ecclesia imo de facto fuit diffinita, Cur ergo quoad Beatissimam Virginem non spectabit ad fidem, et erit ab Ecclesia diffinibilis? Quod vero Ecclesia utramq partem ut probabilem, interim statuerit, fecit, quia habet rationem probabilem dubitandi an B.ma Virgo ex privilegio peculiari sit a peccato originali immunis. [margin: ...trario 5.5.] Neq vero diffinivit Ecclesia esse de fide quod utraq opinio sit probabilis (sic enim non posset postea alteram ex illis de fide stabilire) sed permittit utramq a fidelibus tanquam probabilem sustineri, quousq ab Ecclesia altera earum de fide diffiniatur. Haec dixerim obedientiae vinculis adstrictus, sed ea omnia

censurae

censuræ et correctioni sanctæ sedis Apostolicæ atq. eius
Romanæ Ecclesiæ catholicæ subijcio. Romæ in Conventu
Sanctæ Mariæ super Mineruam die 10. Aprilis 1622.

f. Petrus Joannes saragosa de Heredia Magr

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA